



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.28. Initium Concilii Constantinopolitani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Antiochiæ defuncto Davide, vi intruso, cum Sæcul. VIII.
 Georgius decennio in carcere detentus A. C. 786.
 Cathedram Patriarchalem Jacobitarum
 denuo conscendisset, Epistolam suam Syn-
 odicam ad Joannem Alexandrinum mi-
 sit, accepitque responsum. Georgio
 etiam fatis functo, Cyriacus Patriarcha
 Antiochenus Jacobitarum ordinatus, &
 ipse epistolam Synodicam ad Joannem
 Alexandrinum misit, qui eam lætus re-
 cepit.

§. XXVIII.

*Initium Concilii Constantinopoli-
 tani.*

Epistolis, quibus Concilium nomine
 Constantini & Irenis convocabatur, Theoph. an. 6. p. 389.
 ad omnes Episcopos sub ipsorum Imperio
 degentes transmissis, illi Constantino-
 polim se contulerunt, quo etiam Legati
 Papæ, & Patriarcharum Orientalium eo-
 dem tempore pervenerunt. Porro Im-
 peratore & Imperatrice tunc temporis
 extra Constantinopolim in Thracia ver-
 santibus, Episcopi Iconoclastarum Hæ-
 resi infecti, eo ipso audaciores, cum præ-
 terea majores numero essent, & a multis
 Laicorum incitarentur, publice dicebant;
 inhærendum esse Decreto, quo Imagines
 damnatæ fuissent, nec tolerandum, ut
 Res ista in Concilio iterum ageretur.
 De Tarasii Patriarchæ factis quoque mul-

Conc. to. 7.
 p. 526.

Sæcul. VIII.
A. C. 786.

taquerebantur, & contempta ipsius Au-
toritate separatos conventus celebra-
bant. Quo comperto Tarasius, militi,
qui suis verbis denunciarent: *Scitote,
Civitatis Constantinopolitanae Episcopum
presentem esse, & vobis, nisi secundum Ca-
nones deponi velitis, non licere ipso in scio
conventicula agere.* Hæc admonitio se-
ditiosis Episcopis timorem incussit.

Conc. 7. Act.
I. p. 47.

Imperatore & Imperatrice Constans-
tinopolim reversis, militibus prætorii
aliisque, quibus in urbe diverforia erant,
Principum latus stipantibus, Concilii
inchoandi dies primo Augusti, Indictione
nona anno 786. & locus in Ecclesia
Apostolorum præstitutus est. Ecce au-
tem pridie adsunt milites, furore conciti,
in Ecclesiæ Baptisterium intrant, sedi-
tiose clamantes, non passuros se, ut Sy-
nodus celebretur. Patriarcha hæc ad
Imperatricem detulit, non ideo tamen
visum est, differendum Concilium; sed
die altero congregati sunt Patres. Pro-
fantur Patriarchæ & Episcopi, leguntur
Epistolæ Synodicae, in quibus statutum
fuerat, Concilium Oecumenicum sine
consensu Patriarcharum nunquam esse
celebrandum. Verum, dum hæc reci-
tantur, Imperatore & Imperatrice e su-
periore porticu, ubi Catechumeni stare
solebant despicientibus, quid in Con-
cilio ageretur, iterum milites, Epis-
copis

copis Iconoclastis impellentibus, ingen- Sæcul. VIII.
 tem tumultum extra Ecclesiæ portas ex- A. C. 786.
 citare & clamare, non concessuros se,
 ut illud, quod sub Imperatore Constan-
 tino sancitum esset, mutaretur. Imo Eccle-
 siam intrare nudos enses manibus tenen-
 tes, atque Patriarchæ, Episcopis Orthodo-
 xis & Abbatibus necem minitari ausi sunt.
 Cùmque Imperatrix de suis Prætorianis
 manum misisset, quæ seditiosos coerce-
 ret; hi non modo imperata facere detre-
 ctarunt, sed etiam conviciis appetitos
 repulerunt. Hinc Episcopi seditiosi ex
 Ecclesia prorumpentes clamabant: Vi-
 cimus! nemo tamen in hoc tumultu vul- vit. S. Taras.
 neratus. Interim Tarasius cum Episco- c. 5.
 pis Catholicis Sanctuarium ingressus Sa-
 cra Mysteria celebrabat nullo signo me-
 tum prodente. At Imperatrix misso ex
 Cubiculariis uno, significari iis iussit suis
 verbis: *recedite modo, ut rebellis populi
 furorem vitemus. Eveniet postea, quod
 Deo placuerit.* Erat tunc tempus meri-
 dianum, omnesque jejuni domum re-
 dierunt. Sic cessarunt turbæ.

Mense Septembri sequente Impera-
 trix ex Thracia alias cohortes advocavit, Theoph.
 ad illas Constantinopoli expellendas, quæ, an. 7.
 cum sub Constantino Socero suo milita-
 sent, ejusdem erroribus imbutæ fuerant.
 Et statim quidem obtendit solertissima
 mulier, se eorum opera in bello contra
 Arabes

Sæcul. VIII. Arabes in Natolia usuram, deinde vero
A. C. 787. arma ponere iussit & cingulum solvere,
 moxque eorum familias, quæ Constantinopoli remanserant, navigiis impositas in patriam revehi. Itaque, explorata fide exercitus & Præfectorum, secunda, mense Majo anni sequentis septingentesimi octogesimi septimi iterum omnes Episcopos convocat, Synodum Niceæ in Bithynia celebraturos. Illi tota æstate
Ep. Hadr. ad Car. to. 7. Conc. p. 962. coaventus egerunt, atque Legati Papæ ex Sicilia revocati, ubi interim habere iussi fuerant. Legatos vero Patriarcharum Orientalium Imperatrix Constantinopoli retinuerat.

§. XXIX.

Concilium Nicenum secundum. Universale septimum.

Episcopis Niceæ congregatis, Tarasius Patriarcha quoque venit, comitantibus Papæ Legatis, item Legatis Orientis, & præcipuis Aulæ Cæsareæ viris, quos inter numerabatur Nicephorus, Imperatori ab epistolis, postmodum Tarasii
vit. S. Taras. 6. 5. in Sede Constantinopolitana Successor. Præterea Tarasium Niceam proficiscentem sequebantur quidam Sancti Monachi Disciplinæ Ecclesiasticæ amantissimi, inter quos erant S. Plato Abbas Sacudionensis, & S. Theophanes, olim Patricius, qui hoc iter asina vectus & lacera veste indu.

Theoph. an. 8. p. 390. ep. Taras. to. 7. Conc. p. 526. vit. S. Theo. Boll. 12. Mart. to. 7. p. 221.